



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXVI. Die von Garthow resigniren dem Herzoge Otto von Braunschweig
ihre Besitzungen in Liesten zu Gunsten des Klosters Arendsee, am 5.
Februar 1335.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

manu nostra in pheodo prius tenuerunt, de cetero tenere debebunt in pheodo de manu ecclesie in Arnse. Ne autem predicta ecclesia a nobis seu nostris successoribus obstaculum paciatur in premissis, presentes nostrorum Sigillorum appensionibus fecimus communiri. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXIII^o., Dominica qua cantatur Inuocauit.

LXV. Die von Garthow treten alle Rechte in Lieften dem Kloster Arendsee ab,
am 13. Februar 1334.

In nomine Domini Amen. Nos fredericus, Henninghus, Boldewinus, fratres dicti de Ghartow, notum facimus omnibus presencia visuris seu eciam auditoris publice recognoscetes, quod pro dampno, quod zanderus dictus de Weya Clericus intulit ecclesie in Arnse in villa Sumendorp, dedimus et contulimus eidem ecclesie omnia bona nostra, que habuimus in villa lyften cum omni Jure, quo nos ea prius ex parte nostri patris dinoscimur possedisse, Quibus bonis et omni Juri, quod in eis habuimus, debita et sollempni renunciacione renunciauimus ad manus dicte ecclesie et presentibus renunciamus, nichil Juris in eis nobis vel Successoribus nostris referuantes. Et dictorum bonorum veram warandiam pre omnibus contradictoribus fide data et manu collecta promissimus et presentibus promittimus Sepediete ecclesie in Arnse necnon preposito et Claustralibus ibidem inuolabiliter obseruare. Ne autem predicta ecclesia a nobis vel a nostris successoribus aliquam Brigham seu calumpniam paciatur in premissis, Presentes nostrorum Sigillorum appensionibus dedimus roboratas. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXIII^o., dominica qua cantatur Inuocauit.

LXVI. Die von Garthow resigniren dem Herzoge Otto von Braunschweig ihre Besitzungen
in Lieften zu Gunsten des Klosters Arendsee, am 5. Februar 1335.

Magnifico Principi domino Suo ottoni, duci de Brunfwich, Befeke, Helmer et Buffo, fratres dicti de Garthowe, Se promptos et paratos in omni genere famulatus. Bona in lyften, que A vobis in pheodo habuimus, vestre reuerende dominacioni ad manus Claustri Arnse presentibus resignamus. Datum Anno domini Millesimo Tricentesimo tricesimo quinto, in die Agathe virginis gloriose.